



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Humanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 2. Vtrum contrabatur irregularitas si crimen vel causa, vnde oritur, sit
occulta, vel paucis cognita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

IRREGVLARITATE.

SVnt in hoc Tractatu nouem Capita: Primum, De Irregularitate in genere. Secundum, De Irregularitate proueniente ex defectu lenitatis. Tertium, De Irregularitate ex homicidio voluntario proprie dicto. Quartum, De Irregularitate ex homicidio casuali. Quintum, De Irregularitate ex delicto notorio seu infamia. Sextum, De Irregularitate ex delicto circa Sacramenta. Septimum, De Irregularitate ex defectu corporis. Octauum, De Irregularitate ex bigamia. Nonum, De Irregularitate illegitimum.

CAPVT I.

De Irregularitate in genere.

D V B I V M I.

Quid sit Irregularitas?

Definitio.

Respondeo, Irregularitas, in proposito, est impedimentum Canonicum, id est, Iure Canonum introductum, directe impediens acceptionem Ordinum Ecclesiasticorum, vel in susceptis ministerium. Dico, Directe impediens: quia Irregularitas formaliter est inhabilitas ad Ordines suscipiendos, vel ad usum susceptorum. Vnde distinguitur à suspensione, quæ non dicit formaliter hanc inhabilitatem, sed prohibitionem vsus Ordinis, vel Iurisdictionis: vnde non impedit directè Ordinum susceptionem, vt Irregularitas, sed solum executionem; idque non perpetuo.

Excommunicacione & Interdictio.

Ab Excommunicacione & Interdictio distinguitur, tum ratione formali; tum quia, præter impedimentum susceptionis & executionis Ordinis, hæc etiam alia quedam includunt. Excommunicacione enim separat ab omnibus Sacramentis dandis & recipiendis; quatenus sunt participatio cum fidelibus, & à civili conuictu fidelium; Interdictum autem ab officijs diuinis audiendis, & à quibusdam Sacramentis, quæ Irregularitas potest suscipere. Tum denique Irregularitas generatim non est censura, eiusque violatio non parit aliam irregularitatem. Excommunicacione autem, & Interdictum secundum se sunt Censura, quarum violatio si fiat per usum Ordinum sacrorum, inducit Irregularitatem. Vide Nauarrum, num. 194.

Quando & vnde quis censendus irregularis

Notandum est, Neminem habendum esse Irregularem, nisi id sit Iure expressum, vt communiter Doctores in Cap. *Is qui*, de Sentent. excommunicacionis in 61. Vnde opinio Doctorum, vel consuetudo non potest irregularitatem, inducere. Quare quodcumque dubium est, Vtrum in Iure sit posita Irregularitas ob certum factum, vel ob aliquem defectum, nemo idcirco censendus est irregularis: nam potest sequi benigniorem partem. Ita Couarr. in Clementina, *Si furiosus*, num. 3. & Nauarrus Cap. *Si quis autem*, de Penitentia, d. 72. num. 33. & 46. Similiter non est quisquam censendus irregularis, quando, etsi de Iure constet, tamen de facto dubitatur. Quod est contra Nauarrum & Couarr. supra.

Vnus tamen casus excipitur: nempe, quando in homicidio dubitatur, an hic occiderit, vel an cum debito moderamine in sui defensionem occiderit. Nam hic in dubio facti iudicandus est irregularis in vtroque foro; vt patet ex Cap. *Significasti*, 2. & Cap. *Ad audientiam*, de Homicidio. Ratio est, quia ita Iura statuerunt in detestationem homicidij, eò quòd hoc peccatum maxime dedecet Ecclesiasticam mansuetudinem. Vnde etiam Episcopis à Concilio Tridentino non conceditur potestas dispensandi in irregularitate homicidij occulti.

In dubio homicidij incurritur irregularitas.

Cur verò in alijs casibus nemo sit censendus irregularis in dubio siue Iuris, siue facti, ratio est: Primo, quia non est expressum in Iure, & alioquin in dubio melior est conditio possidentis, vt patet de regulis Iuris in 6. atqui hic possidet Ius ad Ordines: ergo. Confirmatur: Quia in dubio nemo est spoliandus iure, quod habet; vt patet Titulo *De restitutione spoliatorum*. Secundo: Quia in penis semper benignior interpretatio facienda, quando id tenor verborum permittit; vt dicitur in regulis iuris in 6.

Non item in alijs dubijs.

Dices: In dubijs pars tutior est eligenda: atqui tutius est, vt se censeat irregularem, & ablineat à sacris Ordinibus. Confirmatur: quia hæc est ratio quam adferunt Canones.

An semper in dubijs sit tutior pars eligenda?

Respondeo: Id verum esse, quando est periculum alicuius magni momenti in vna parte, quod in altera non est: v.g. Dubium est, vtrum baptizatus in nomine Christi collatus sit validus; hic est tutior pars eligenda ob periculum. Quando autem dubium est tale, quod vtrunque probabiles rationes habeat, quibus vtraque pars reddatur practice probabilis, potes sequi vtramuis: quia vtraque rata est. Ad Confirmationem, Respondeo: Illam rationem, quam adferunt Canones illi, non esse valde solidam; neque id esse necessarium: sufficit enim, vt decretum ipsum solidum sit.

Dices, Innocent. III. in Cap. *Illud Dominus*, de clerico excommunicato ministrante, statuit Episcopum celebrantem cum dubio excommunicacionis, incidisse in penas Iuris: Nam in dubijs, inquit, tutior pars est eligenda, & ideo debebat abstinere.

Obiectio ex Innocentio.

Respondeo: Ille Episcopus non habebat dubium probabile, quod esset excommunicatus, sed laborabat erassa ignorantia, quæ non excusat ab irregularitate. Adde post dubitationem non adhibuisse diligentiam, vt veritatem cognosceret.

Solutio.

D V B I V M II.

Vtrum, cants abatur Irregularitas, si crimen vel causa, vnde oritur, sit occulta, vel pauca cognita?

Alphonfus à Castro lib. 2. De lege penali, cap. ultimo, docet, Pro nullo crimine, quod vnitantum, vel paucis notum est, esse post penitentiam aliquem irregularem excepto homicidio, quod irregularem faciat, si vel vni constet: quod si ita sit occultum, vt nemini constet, ne hoc quidem irregu-

A Castro negat.

Verius af- firmatur.

irregularem facere. Vnde etiã infert filium Pres- byteri non esse irregularem, nisi constet.

Sed dicendum est, quando in Iure pro aliquo crimine vel causa infligitur Irregularitas absolu- tẽ, quamvis illud sit occultum, nihilominus verẽ efficere irregularem. Est communis sententia DD. Vide Couarr. Clementinã, si furiosus, 2. p. §. 3. num. 4.

Probatur Primò: Ex Concilio Tridentino sess. 24. c. 6. vbi ne Episcopis quidem permittit dis- pensationem in Irregularitate homicidij occulti, quamvis permittat ex alijs delictis occultis. Sup- ponit ergo Concilium ex delicto occulto incurri Irregularitatem. Secundò: quia Ecclesia punit occultos criminosos per excommunicationem, vt hæreticos, qui suam hæresin, quamvis occultis- simẽ, exterius prodiderint. Tertiò: Ecclesia ob crimen occultum inhabilitat ad matrimonium; vt patet ex Concilio Trident. sess. 24. c. 4. De reformat. matrimony: vbi ob affinitatem, ortam ex fornicatione intra secundum gradum, statuit esse inhabilem ad contrahendum.

1. Obie- ctio, quod Ecclesia nõ puniat cri- men occul- tum.

Dices Primò: Ecclesia non infligit pœnam Ec- clesiasticam ob crimen occultum: Non enim habent latentia peccata vindictam, vt dicitur 32. q. 5. Cap. Christiana.

Respondeo Primò: Si delictum sit per se oc- cultum, vt quando est merè internum, Ecclesia non potest illud punire: Secus verò, si solùm per accidens sit occultum, quia videlicet accidit alios non fuisse presentes.

Respondeo Secundò: Si delictum sit occultũ per accidens, Ecclesia etiam non punit illud per sententiam in foro externo; & de tali vindicta lo- quitur Canon; sed bene punit sententiã latã à Iu- re, seu per Canonẽ in foro interiore &c. Nam si- mili modo potestas ciuilibis ob delictũ paternum, quamvis occultissimum, facit illegitimum inha- bilem ad successorem hæreditariam.

2. Obie- ctio, quod templum non pol- luitur ex occulto crimine,

Dices Secundò: Ecclesia non polluitur ex cri- mine occulto, vel paucis noto: ergo nec homo efficitur irregularis ex causa occulta. Patet con- sequentia: nam quod in Ecclesia est pollutio, in homine est Irregularitas.

Respondeo, Negando Consequentia: est enim dispar ratio. Quia quod Ecclesia censetur pol- luta, egeatque expiatione, non est propriè in pœ- nam alicuius delicti, neque ob ipsam Ecclesiam: sed vt populus intelligat, locum illum, in quo Deus colitur, singularem requirere veneratio- nem, quã non cessat, quando delictum est occultum; quia per tale delictum veneratio populi erga locum non est imminuta. In irregularitate specta- tur punitio criminum, quã etiam in occultis lo- cum habet.

3. Obiectio, occulte cri- minosus nõ teneatur se prodere.

Dices Tertiò: Si occultus criminosus est irre- gularis, ergo tenetur se prodere abstinendo ab of- ficio, ad quod tenetur.

Respondeo: Quando est periculum, ne absti- nendo contrahat infamiam, potest præuã con- tritione celebrare, quamdiu durat illud periculũ; intellige, si autẽ non potest habere dispensatio- nem; non tamen potest suscipere Ordines; quia non suscipiendo non se prodit, nec infamat.

DVBIVM III.

Virum ad Irregularitatem, qua in pœnam de- licti est constituta, sufficiat culpa venialis?

Caietanus Verbo Irregularitas, & 2. 2. q. 64. art. 8. & multi alij affirmant. Ratio est, quia culpa venialis sufficit ad excommunicationẽ mi- norem, quã non est minor pœna.

Opinio nõ- gans pro- babitor contra Caietanũ.

Respondeo, Verius esse requiri culpam morti- feram. Ita docet Sotus lib. 5. de Iustitia, q. 1. a. 9. Nauarrus nu. 252. Alphonsus à Castro lib. 2. De lege penali c. 14. Petrus Nauarra lib. 2. de restitut. cap. 1. n. 54. multiq̃ue alij recentiores.

Probatur Primò: Quia est pœna grauis, imò multò grauior, quàm excommunicatio minor: reddit enim inhabilem ad Ordines, & rerũ vsum, & ad beneficium ecclesiasticum, multoq̃ue diffi- cilius tollitur. Vnde quando infligitur ob culpã, censenda est ob culpã completam in ratione cul- pã infligi, qualis est sola mortifera. Confirmatur: quia æquitas non patitur, vt pro leui culpa grauis infligatur pœna.

Probatur Secundò: Quia alioquin, qui se de- fendendo occideret alterum, rarò euaderet irre- gularitatem; quod est contra Clementinam, si fu- riosus, de Homicidio: nam rarò ita caute se de- fendit, vt non peccet venialiter.

DVBIVM IV.

Qui sint effectus sententiæ Irregularitatis latae à Iure, vel ab homine?

Respondeo: Primus effectus est, Ineptitudo ad Ordines suscipiendos.

Secundus, Ineptitudo ad Ordinum executio- nem. Vbi notandum est, si oriatur irregularitas ex defectu corporis sine culpa, non impedire cuius- uis Ordinis quamvis executionem, sed eam dum- taxat, ad quam est inhabilis: vt si Sacerdos amit- tat manum, poterit nihilominus absolueri, canere Euangelium, & similia.

An collatio Beneficij facta irre- gulari sit irrita de fa- cto?

Tertius effectus, Est inhabilitas ad beneficium Ecclesiasticum, sic, vt collatio facta irregulari sit nulla. Ita Nauar. nu. 251. Couarr. 2. p. §. 3. n. 6. quod est contra Siluestrũ, Excommunicatio, 4. n. 4. vbi docet collationem valere, & impetratã dis- pensatione ab irregularitate, non esse opus nouã collatione. Verum altera sententia est communis. Ratio iuxta Nauarrum est, quia inhabilis ad prin- cipale, est inhabilis ad annexum: sed beneficium est annexum Ordini, & vsui Ordinis, ad quem vsum irregularis est inhabilis. Et Confirmatur; Quia Beneficium est propter officium, vt patet Capit. Finali, de Rescriptis in 6. Atqui irregularis est ineptus ad officia Ecclesiastica: ergo & ad bene- ficium. Aduerte tamen, Has rationes non conuiu- cere de beneficio simplici, quod solùm requirit Horarum recitationem.

Hinc sequitur, Eum teneri restituere fructus ex beneficio in irregularitate quæsito perceptos.

Quod autem ad beneficium ante irregulãritatem obtentum attinet, per irregulãritatem su- peruenientem non priuatur ipso iure: non potest tamen illud retinere, nisi det operam, vt impetret dispensationem irregularitatis. Quod intellige, si beneficium requirat vsum Ordinis sacri, alio- quin non erit opus dispensatione. Vide Couar. in Epitome

Collatiã